 quando homines disiungunt: ducunt in chaos: Et qui sancte
 et digne uixerunt premiantur: qui uero iniuste puniuntur
 In libro tertio Timaei: inter multa que de anima dicit
 humana hoc uerum subiungit: quod intellectualis anima immor
 talis est: et secundum quod passiones uicerit: uel ab eis uicta
 fuerit interitu corporis premium aut penam accipiet. Rur
 sus Plato senideus inquit: Viri contemplatiui felici
 tate contemplatiua uiuentes celestium sedes post
 mortem accipiunt: in quibus deorum felicitate po
 tiuntur. Pherecidas syrus ut in prima tusculana
 quoniam Cicero refert: primus omnium dixit esse animas

plato.

no.

Phedrone

Zeno.

Apuleius.

Porphyrius.

Obi. abbas. c. 12.

Aristippus.

Leucippus.

Democritus.

Epicurus.

Dicarchus.

Aristodenus.

hominū sempiternos: Et teste Lactantio imortales
esse animas disputauit. primusq; osium: secundus
Pythagoras eius discipulus extitit qui hanc firma-
uit opinione: huius quoq; sancte opiniois Zeno sto-
icus fuit de quo Lactantius meminit: Esse inferos
Zeno stoicus docuit: et sedes piorum ab impijs esse dis-
cretas: et illos quidē quietas ac delectabiles incole-
re regiones. hos uero luere penas in tenebrosis locis
atq; in sceni uoraginibus horrendis. Apuleius plato-
nicus in libro de deo sacratissimus eisdem uidet habuisse
sentiam: cū inquit homines esse plaudentes: oisibus pol-
lentes: immortalibus animis gaudentes. Eiusdemq; ue-
ritatis Theophrastus: Theophrastus et alios multos
philosophi principes recitat et affirmat. Hieronymus sup ter-
tio libro de anima aduersus Alexandrum: qui uoluit hu-
manā animā ex nobilissima elementorum mixtione con-
cretam esse mortales: multis rationibus animas ibi esse im-
mortales probat. Idem Porphyrius sensisse uidetur:
qui licet in hoc errauerit: ut Augustinus in libro de
ciuitate dei refert qd animā ponat in aliud corpus hu-
manum transire priore relicto corpore: in hoc tū uex
profitetur per mortem hominis animā non extingui
nec ad alterius hominis replendā memoriā: sed ad-
iutificandum et animandum corpus transitum fa-
cere: beluinos tū platonicos carceres euertere mini-
me dubitauit: Multos philosophos ab hac sanctissima le-
gimur errasse sentia: sicut Aristippus fuit: qui sicut la-
ctantius inquit. hominem uoluptati: hoc est malo
tanq; pecudem subiugauit. Insuper et Leucippus a-
quo Democritus eruditus hereditatem stultitię re-
liquit Epicuro: Oberrauit insimul et Dicarchus
q animā cū corpore perire: dissolutiq; opinatus est.
Aristodenus referente Lactantio negauit omnino
ullam animam esse et cum uiuit in corpore: s; uelut

in fidibus ex intentione nervorum effici concordem so-
 num: atque cantum: quæ musici armoniam vocant:
 Ita in corporibus ex compage viscerum: ac vigore me-
 brorum vim sentiendi existere: quo nihil dici deliri-
 us potest. Polites sane huius rei verum exquisiuit: quod
 ut Lactantius ait: consuluit Appollinem milesium
 Utrum ne maneat anima post mortem? Et respon-
 dit his versibus: Anima quidem quædiu vinculis in-
 corporis tenet: corruptibiles passiones sentiens mor-
 talibus cedit doloribus: cum vero humanam solu-
 tionem velocissimam post corruptum corpus invene-
 rit: omnia ethera ferit: nunquam senescens: et manet in-
 eternum sine pena: primogenita etenim hec diuina
 disposuit providentia. Xenophon ut est apud Cice-
 ronem in libro de cyro prout maiorem cyrum mori-
 entem sic filios alloquutum inducens animam im-
 mortalem existimat: Nolite inquit arbitrari o filii
 carissimi me cum a vobis discessero nusquam aut nullum
 fore: Neque enim dum essem vobiscum animum meum
 videbatis: sed cum esse in hoc corpore ex his rebus
 quas gerebam intelligebatis: Eundem igitur esse cre-
 ditote etiam si nullum videbitis. Adhuc quidem nunquam
 suaderi potuit animos dum in corporibus mortali-
 bus essent vivere cum excessissent ex his mori: Nec
 vero curi animum esse insipientem ex insipienti cor-
 pore evasisset: sed cum omni amixtione corporis li-
 beratus purus et integer esse cepisset: tunc esse sapi-
 entem. Cyrus hec moriens. Et post pauca exclamat
 Cicero referens: O preclarum illum diem: cum ad il-
 lud divinorum animorum concilium: cetumque profici-
 scar: Cumque ex turba: et colluvione discedam: pro-
 ciscar enim non ad deos solum: quos ante dixi: verum
 etiam ad Catonem meum quo nemo vir melior
 nunquam natus est: nemo prestantior: Didum rex brag-

Polites

Appollinis milesium

Xenophon

Didimus

manorum ad Alexandrum scribens idem uidetur ha-
buisse iudicium: dicit enim quapropter nimis uecor-
des et miserabiles uos iudicamus: qui originem ue-
stram esse celestem non suscipitis: magnamque cum deo
cognitionem habere. Et alia in epistola ait: Nos non su-
mus huius mundi incole sed aduene: nec ita in orbem
terrarum uenimus ut in eo libeat consistere sed transire
properamus enim ad patrium larem: nullis delicto-
rum ponderibus pregrauati: nuda quippe conscien-
tie fronte progrediamur: ut expediti ac faciles spaci-
um propositi decurramus itineris. Cicero multis idem
nititur suadere rationibus: unde in tusculanis questionibus
arguit inquit: adhibere crede disiungamur nos a cor-
poribus: et consuecamus mori: hoc enim et dum cri-
mus in terris erit celesti illi uite simile: et cum illuc
ex his uinculis emissi seremur: minus retardabitur
animorum cursus: Nam qui in compedibus corporis
semper fuerunt: etiam cum soluti fuerint tardius gradi-
untur: quo cum uerimus: tum denique uiuimus. In-
eodem pariter Aristoteles imitans sic anime immor-
talitatem probat ita: Quicquid est illud quod sen-
tit: quod sapit: quod uiuit: quod uiget: celeste ac diui-
num: ob eamque rem eternum sit necesse est: Rursus
nemo unquam sine magna spe immortalitatis se pro pa-
tria afferret ad mortem: Et nescio quo modo inheret
mentibus quasi seculorum quoddam augurium futu-
rorum: Idque in maximis ingenijs: et altissimis animis
primarime existit: et apparet facillime: quo quidem de-
poto quis tam esset amens qui semper in laboribus et
periculis uiuere: Et alibi in eodem: Nulla est cele-
ritas que cum animi celeritate possit contendere: qui
si permanet incorruptus: semper sibi necesse est ut ita fera-
tur: ut penetret et diuidat omne celum hoc: eaque illi
denum sedes naturalis erit: cum ad sui simile pene

52.
trauent: in quo nulla re egens aletur: et sustentabit
eisdē rebus sustentantē q̄bus astra: Cūq; corpis fa-
cilius ad omnes cupiditates inflammari soleamus:
profecto beati erimus cum corporibus relictis et ci-
piditatus et emulationū expertes fuerimus: totosq;
nos in contemplandis rebus perspicendisq; pone-
mus: Quia et natura inest mentibus nostris insati-
abilis quēdā ueri uidendi: qua precipue uisione fru-
entur: Qui etiam cum has terras incolentes caligle
circumsusi erant: tamē acie mentis conspiciere cupie-
bant: qui non modo quia mori necesse est: uerum
etiam quia nihil mors habet horrendum quod sit:
et mortem non tūct qui magnum sibi presidium
ad beatam uitam comparat. In libro de senectute
Scppionem et Lelium ita alloquētes facit: Ego ue-
ro inquit patres Scppio tuq; Leli uiuere arbitror
et ea quidem uita que est sola uita nominanda: Nā
cum simus inclusi in his compaginibus corporis: et
munere quodā necessitatis et graui opere fungimur
Est enim animus celestis ex altissimo domicilio de-
pictus et quasi demersus in terram: locum diuine
nature eternitatisq; contrarium: Sed credo deos im-
mortales ideo sparsisse animas in corpora humana:
ut essent qui terras tuerentur: quiq; celestium ordi-
nem contemplantes imitarentur illum uite modo
atq; constantia. Nec me solum ratio et disputatio
impulit ut ita crederem: sed nobilitas summōꝝ phi-
losophōꝝ atq; autoritas. Audiebam quidem Py-
thagoram: pythagoreosq; incolae pene nostros qui
essent italici phi quondā nominati nunq; dubitasse
quin ex uniuersa mente diuina deliberatos animos
haberemus: demonstrantur mihi preterea que So-
crates suprema uite die de immortalitate animorū

differuisset is qui esset omnium sapientissimus oracu-
lo appollinis comprobatus: Et in eodem ulterius
infern: Non est lugenda mors quam immortalitas
consequitur. In sua quidem rethorica idem sentire ui-
detur: ait eni: Probabile uidetur sapientibus penas
esse paratas apud inferos. Et in philippica meminit
Breuis a natura nobis data est uita: sed memoria be-
ne acce uite sempiterna: que si non esset longior quam hec
uita: quis esset tam amens quam maximis laboribus et
periculis ad summam laudem gloriamque contenderet.
Idem docet in consolatione put eum Lactanti⁹ ter-
tio diuinarum institutionum inducit dicentem: Neque
enim omnibus sapientes arbitrati sunt eundem cur-
sum in celum patere: nam uitij et sceleribus conta-
minatos depulsi in tenebras: atque in sceno iacere
docuerunt: castos aut animos: puros: integros: in-
corruptos: bonis etiam studiis: atque artibus expoli-
tos: leui quodam et facili lapsu ad deos id est ad na-
turam sibi similem prouocari. Sed in libro de som-
nio Scypionis hec intulit: Cum Paulum ad Scypio-
nem minorem sic loquentem instituit: Uide quidem hi
quos uos extinctos putatis: uera uero quam diu uita mors
est. Et alio in loco: omne quod sub luna est mortale est:
et caducum preter animos generi hominum datos: et
sicut mundum ex quadam parte mortalem deus eternus
sic fragile corpus animus sempiternus mouet. Et idem
Cicero in Ielio inquit: Neque assentior his qui nup-
differere ceperunt animos cum corporibus interire: atque
omnia morte deleri: plus enim apud me ualet anti-
quorum autoritas: uel maiorum nostrorum qui mortu-
is tam religiosa iura tribuerunt: quod profecto non
fecissent si nihil ad eos pertinere arbitrarentur: uel
eorum qui in hac nostra terra fuerunt: magnamque
græciam que nunc deleta est tunc florebat institutis

perceptisq; suis erudierūt. Item in Cithone: cū Pla-
 tonis Pythagoreorūq; sententias: ac adasoris Cypri ser-
 monem in extremo uite die habitum: in sue opinio-
 nis cōformationē adduxisset subdidit: Quod si in hoc
 erro q; animos hominū immortales esse credas libe-
 ter erro: nec mihi hunc errorem quo delector dū ut-
 uo extorqueri uolo: Sin mortuus ut quidā phi mi-
 nuti censent non sententiā non uereor ne hūc erro-
 rem meum phi mortui irrideant. Seneca qui fuit in-
 omni doctrina sua stoice imitator discipline hanc ue-
 ritatem amplectitur: nam ad Lucillum ita scribit:
 Deperatis a corporib; animis scilicet illis restat sta-
 tus: q; cum in corpore uersigentur. Et rursus: tūc
 animus noster habebit quō sibi gratuletur: cum a-
 missis his tenebris in quibus uolūtatur non tenui
 uisu clara prospererit: sed totum diem ad miserit: et
 redditus celo suo fuerit: cum acceperit locum quem
 occupauit sorte nascendi: Sursum illum uocant
 in patria sua. Erit autē illic etiam ante q; hac custodia ex-
 oluat: cum uicia deserit: purus ac leuis in cogniti-
 ones diuinas emicuerit: Et ad eundem in alio loco
 ad Doro inquit quā p̄timescimus et recusamus iter
 mutat: uitam non eripit: Alius enim expectat qui
 nos reponat in lucem dies: Et in alia quidē episto-
 la de desiderio uite perpetue ait: O quando ille ue-
 niat dies: quādo nemo in honorem tuū mentiat:ur:
 Huc ergo cogitationes tue tendant: hoc cura: hoc
 opta: Item in alia epistola ait: ad irarē hominē ad-
 deos ire: deus ad hominē uenit: immo in hominē:
 Nulla enim bona mens sine deo est. Ceterū in con-
 solatione ad Marthiam p̄fatus anneus Seneca re-
 fert: Si modo uti filio tuo uis o Marthia: Si mō
 quid in illo preciosissimū fuerit intelligis: imago tā-
 tūmodo filii tui p̄terit: ipse qdē eternus meliorq;

nunc satis est: spoliatus oneribus alienis et sibi rel-
ctus: hec que uides ossa: nervos: et obductam cutē:
uultum: et ministras manus: uincula animorū: tene-
breque sunt: obruitur his: inficitur: artatur: esse illi
cum carne graue certamen est: et si datur: nihil illo
unde dimissus est: ibi illum eterna requies manet.
Item in libro de naturalibus: Ne timueris ait nec
te uelut in aliquem exitum malum retro tuleris: re-
rum natura que te genuit: te expectat: et locus me-
lior atque tutior: Illic non tremunt terre: nec inter se
uenti cum magno nubium flagore concurrunt non in-
cendia regiones: urbesque uasant: non naufragiorū
totas classes forbentium motus est: non arma contra-
rijs disposita uexillis: et mutua perniciē multorum
milium par furor: non pestilentia et ardentes pro-
miscue cōmunes populi cadentibus rogi: Quidetur
ne tibi hominum memoriā ab his malis quēque
eximere: que etiam plurimumque memoriā ipsam tur-
bant: opprimunt: et extinguūt: hominesque ipsos qui
cōmemorando defunctos laudare debuerant de me-
dio tollunt? Salustius quoque in prohemio Jugurtti-
ni belli idem p̄fitetur: ait sane: Omnia orta occidūt
et cuncta senescunt: animus incorruptus et eternus
est. Et in exordio Cathilinarū inquit: Diuitiarum
et forme gloria fluxa: atque fragilis est: uirtus clara
atque eterna habetur. Ergo preclara facies: magneque
diuitie que ipsius corporis sunt breuiter dilabunt:
ingenia tū: atque egregia facinora: ceteraque in anima
existentia immortalia sunt. Et idem Crispus salu-
stius Cathonem et Cesarem inducit in orationib⁹
suis multa de animarum seperatarum supplicijs af-
ferentes. Plotinus secte Platonice imitator hunc he-
ret proposito: ubi uiolentam mortem coarguens:

deberet ait anime et corporis mortem solutionem
 esse non uinculum: exitu autem coacto animam cir-
 ca corpus magis: magisque uinciri. Palam est etiam
 in eandem sententiam conuenisse Macrobius Scy-
 pionis somni commentatorem: Nec te moueat ait:
 quod anima quam immortalem dicimus mortem tot-
 ens nominamus: Etenim sua morte anima non ex-
 tinguitur: sed ad tempus obruitur: nec demerfione
 beneficio perpetuitatis eximitur: Cum rursus e cor-
 pore ubi meruerit contagione ulcorum penitus
 climata purgari ad perhennis uite lucem restituta
 integra reuertatur: Nec deest huius ueritatis at-
 testationi clarus Platonis commentator Calcidius:
 Ergo inquit summus deus iubet: anime uero lege-
 agunt: cui legi qui pareat: sequaturque dei ueneranda
 uestigia beatam uitam semperaget: iuxta legis perpe-
 tue sanctionem: At uero que dei comitatum anime
 neglexerint: alio quodam et contrario genere uitae
 exigunt: donec peniteat eas delictorum suorum: ex-
 piatisque omnibus criminibus deinceps ad immor-
 telis dei et eternarum potestatum chaos reuertan-
 tur. Nec aliud sensisse Valerium dicendum est: ubi
 ait: quod utinam hac nostra tempestate dici posset.
 Stat inquit pax: ualent leges: sincerus priuati ac
 publici officij tenor seruatur: qui autem hec uiolatis a-
 micie federibus temptat subuicere omni cum stir-
 pe sua etiam apud inferos: si tamen illuc receptus est qui
 meretur supplicia luit. Et alio in loco ait: immorta-
 les esse animas inos gallos approbat: qui pecunias
 mutatas apud inferos se recepturos sperant. In eadem
 concessit sententiam declamator Quintilianus ubi
 non uult sapientes uana persuasionem fraudatos: qui
 constare homines et perfici corporis clementis animasque

Macrobius

Calcidius

Valerius

Quintilianus

dixerunt corpus caducum: fragile: terrenum: ut sic
ca humidis: calida frigidis constricta pugnaret: aut
doloribus affici: aut nouissimis annis et senectute
dissolui. animam uero flammæ uigoris impetum: phé-
nitatemque non ex nostro igne sumentem: sed quo si-
dera uolant et sacri torquentes axes: nec interire: nec
soli. nec ullo mortalitatis affici fato: sed quotiens
humani pectoris carcerem effregerit: exonerata mem-
bris mortalibus leuique igne lustrauerit petere sedes
in astra: donec in alia fata seculo pugnante transmi-
gret. Et in libro causarum ait: de future uite cupidita-
te tractans in hunc modum. Si quis sciat quis sit fi-
nis bonorum que uera felicitas: nunquam sibi uidebitur
prematura morte periturus. Non reor supuacaneum
esse poetarum gentilium opiniones ostendere: qui etiam
quædam poetice loquuti sint: ab hac celeberrima ueri-
tate minime deuiarunt. Nec aliud uoluisse Virgili-
um mantuanum putandum est: dum in sexto eneydos
nunc Sibillam: nunc Andrisæ de iustorum premijs: ac
malorum supplicijs loquentes inducit: ait enim: La-
tet arbore opoca aureus et folijs: et lento uimine ra-
mus Junoni inferne dictus sacer: hunc tegit omnis
lucis: et obscuris claudunt conuallibus umbre. In-
troducitur quoque Polydorus ad Eneam loquentem
Quod te per celi iocundum lumen: et astra: per genitorem
oro: per spes surgentis puli: Eripe me his inuitæ ma-
lis: uiuebat ergo anima Polydori: que diris libera-
ri supplicijs exoptabat: Cui tandem responsum est
Desine fata deum flecti sperare precando: sed cape di-
cta memor duri solacia casus: nam tua finitimi lon-
ge lateque per urbes prodigijs acti celestibus ora pia-
bunt: Et statuent thumulum: thumulo sollertia mite-
rent: Eternumque locus Polydori nomen habebit:
Et sequitur: Saxum ingens uoluunt alij: radijsque ro-

tarum deficiat pendente: sedet. eternūq; sedebit: In-
 felix tbeſeus: Et inde ſubdit: Non mihi ſi lingue et-
 erū ſint: oīaq; centū: ſerrea uox oīa ſclerū cōpūdet
 formas: oīa penarum percurrere nola poſſim: Ne
 pater Andarſes penitus conuale uiſenti: Induſas
 animas: ſuperumq; ad lumē turas Luſtrabat: ſtu-
 dio recolens omenq; ſuoz forte recenſebat nume-
 ri: carosq; nepotes: fataq; ſortiaſq; uerū: moreſq;
 manuſq;: Nec oīa parthēnuas pollicetur: qui et
 ſi animarū penas enumerat: neceſſe eſt ut animas de-
 functis corporibus uiuere conſtituat predictos cru-
 ciatus proculdubio tollerantes. Idem in eodē: Pri-
 cipio cēlum ac terras: camposq; liquētes: Lucēſq;
 globum lune: titaniaq; aſtra: Spiritus intus alit:
 totamq; infuſa per artus aſens agitāt molen: et
 magno ſe corpore miſcet: Que predarus cōmenta-
 tor Seruius declarans ait: Duc tendit primam intē-
 tionem ſuam: ut animos immortalē doceret: Et in
 quarto introducit Wpdonciū dicentem: cui gladio
 mortem oppeteret: Et nunc magna mei ſub terras
 ibit imago. Idem etiam Statius docet in thebayde
 refereho: Ire alacres ueſtri nūq; morientur hono-
 res. Lactantius diuinarum institutionum libro idē
 ſentientis Lucretii hos cōmemorat uerſus: Cedit
 idē retro de terra quod fuit ante In terram ſed
 quod miſſum eſt ex etheris oīs: Id ſurſum celi ful-
 gentia tecta receptant: Eius ueritati ut Eriodotus ad-
 iungam ſententiā aDacrobii uerbis utar. Neq; enī
 inquit de nihilo aut de uāia adulatione ueniebat:
 q; quosdam urbium conditores: aut in re publica
 claros uiros in numero deorum conſecrauit antiq;
 tas: Sed ut Eriodotus quoq; diem ſobolis aſſertor
 priſcos reges cui diis aliis collocauit: hiſq; exemplo
 ueteris poteſtatis etiam in celo regēdi res humanas

Simul

Lucanum

Eriodotus

assignat officium: Et ne cui fastidiosum sit si ueris
ip̄os ut poeta grece protulit inferamus: Referemus
eos ut ex uerbis suis in latinum translati sunt: In-
digene dñi fato summi iouis hi sunt: Quondā ho-
mines: modo cum superis humana tuentes Lari
munifici: ius regum nunc quoq; nacti: Hoc et Vir-
gilius non ignorat: qui licet arti sue seruens hero-
as ad inferos relegauerit: non tamē eos abducit a-
celo: sed ethera illis deputat largiora: Et nosse eos-
dem solem suum et sidera profitetur: ut gemine do-
ctrine obseruationes prestiterit: et poetice figmentū
et philosophie ueritatem: Etenim secundum illū res
quoq; leuiores quas usus exercuerant: etiam post
corpus exercent: que inquit gratia currum: armo-
rumq; fuit uiuis: que cura nitentes pascere equos
eadem sequitur tellure repositos: Adulco igitur ma-
gis rectores urbium recepti in celum curam regēdo-
rum hominum non relinquunt: Nec aut anime in-
ultimam speram recipi creduntur: que aplaues uo-
catur: Nec frustra hoc usurpatum est: si quidem in-
de profecti sunt: Animis necdum desideris corpo-
ris irretitis siderea pars mundi prestat habitaculū:
et inde labuntur in corpora: ideo his illo est repeti-
tio qui merentur: Nec quidem omnia Macrobius
refert Propertius item formositatis uanitatem con-
testans: Sunt inquit apud inferos tot milia formo-
sarum: Insuper has omnes ignis alarus habet: Vi-
ctor cum uitis pariter miscbitur umbris: consule
cum mario carpe iugurta sedes: Sed Ouidius naso
in ultimo metamorphoseos idem testatur et planti-
us: ait enim immortalitatem animorum affirmans:
Corpore deposito cum liber ad ethera perges: Eua-
des hominem: factus deus etheris alti: adorte caret

36
anime: semperq; priore relicta Sede: nouis domib;
uiuunt: habitantq; recepte. *Horatius* quoq; in oda-
rum libro nequaq; ab hac sententia discrepat: ubi
ad Torquatum scribens ita refert: Cum senel occi-
deris et de te splendida minos fecerit arbitria: non
Torquate genus: non te sacifidia: nec te Restitue
pietas: infernis neq; enim tenebris diuina pudicum
liberat hyppolitus: nec lethea ualet theseus abrum-
pere: caro uincula peritheo. Huic pariter proposito
Juuenalis adheret: inquit enim: Esse aliquos ma-
nes et subteranea regna: et contum: et stigio ranas
in gurgite nigras: atq; una transire uadum tot mi-
lia cimba: Nec pueri credunt nisi qui non dum ere-
lauantur: Sed tu uera puta curius quid sentit: Et
inde sequitur: Tot bellorum anime: quotiens hic
talis ad illos umbra uenit: cuperent lustrari: Si q;
darentur sulphura curis: et si foret humida lau-
rus: illuc heu miseri traducimur. *W*eductis philoso-
phoꝝ rationibus atq; alioꝝ gentiliu: qui de a-
nimorum immortalitate loquuti sunt: Nunc super-
est clarissimis exemplis eandem confirmare ueritatē
Legimus sane plerosq; sapientes: non tantum hoc
credidisse: uerum etiaz anime immortalitatis uolup-
tatem anhelantes se propriis manibus necauerunt:
Catho uticensis romane libertatis fautor lecto ut
est apud Plutarchum in nocte Platonis libro: qui
animorum immortalitatem docet: stricto gladio re-
uelatum manu pectus senel: iteruq; percussit: Sicq;
ut ex seruitute liberatus ad eternitatem solutis cor-
poris uinculis animus migraret: sese occidit: Et te-
ste Lactantio firmiano in. iiii. diuinay institutionū
libro: Multi ex his qui eternas aias suspicabantur
tanq; in celū migraturi cēt sibiipia man⁹ iniecit:

Horatius

Juuenalis

Cicero

Cicero de officiis

ut Clestes: ut Crisippus: ut Zeno: ut Empedocles
qui in ardentis ethne speculans in tempesta nocte se pro-
iecit: ut cum repente non apparuisset: abiisse ad deos
crederetur. Et ex romanis Cato: qui fuit in omni
uita sua socratice natiuitatis imitator: Nam Demo-
critus in alia fuit persuasione: sed tamen sponte sua ca-
put obuius obtulit: quo nihil sceleratius fieri potest:
Nam si homicida nefarius est: qui hominis extin-
ctor est eadem sceleris obstrictus est qui se necat. Et
sequitur homicide igitur illi omnes philosophi: et ipse roma-
ne sapientie princeps Cato: qui antequam se occideret
perlegisse Platonis librum dicitur: qui est scriptus de
eternitate animarum: et ad summum nefas philosophi autori-
tate compulsus est: Et hic tamen aliquam moriendi cau-
sam uidetur habuisse odium seruitutis. Quid Am-
brasciorum ille: qui cum eodem librum perlegisset:
precipitem se dedit: nullam ob aliam causam nisi quod
Platoni credidit: Execrabilis proinde ac fugienda
doctrina: si abicit homines a uita. Quod si scisset Pla-
to ac docuisset a quo et quo modo: et quibus: et quod
ob facta: et quo tempore immortalitas tribuatur
Theombrotum impugisset in mortem uoluntariam
nec Chatonem: sed eos ad uitam et iusticiam potius
erudisset. Idem et aurelius Augustinus in eo quod de ci-
uitate dei libro fertur: clarissime meminit: ait enim
ferunt Theombrotum lecto Platonis libro: ubi de
anime immortalitate disputauit: se precipitem dedis-
se de muro: atque ita ex hac uita emigrasse ad eam quam
credidit esse meliorem. Empedocles mortem uolun-
tam in sua poetria Horatius flaccus enarrat: inquit
enim: Siculiq; poete: Narrabo interitum: deus im-
mortalis haberi Dum cupit Empedocles: ardentem
frigidus eternam Insiluit. Sed hoc considerandum
censeo: Nam hi philosophi licet bene crediderit male

57
et finierunt: Et dum anime conati sunt immortalitatem acquirere: ob eorum nequariam: uolentemque mortem anime mortalitatem penitus subierunt. Itē Valerius flaccus in argonauta confirmat inquitens fas ideo miscere neces: ferroque morantes Exigere hinc animas: redituraque semina celi: Quippe nec in uentros: nec in ultima soluimur ossa. Et ad Marcus manilius in libro astronomicon ad Augustum id asserens ait: An dubium est habitare deum sub corpore nostro: In celum redire animas: celoque uenire: Uiciosum ne forsitan existimetur tantū in istis gentilibus immorari: cum eorum persuasiones posset fides orthodoxa negare. Jam transeam⁹ ad uite alterius homines: quorum argumentationes nullo quippe modo refragari possunt: Ex his mihi primum occurrit aurelius Augustinus qui in libro soliloquiorum de anime perpetuitate loquens sic argumentatur. Vita in se perniciem suscipere non potest: quemadmodum nec lux tenebras ad se receptat: Cum igitur animatum uita sit: quare indelebile iudicatur. Rurs⁹ idē sic persuadetur: Quolibet substantia ueritatis comprehensua: in quātum ueritas est inextinguibilis arguitur: huiusmodi anima rationalis est: superest ergo eam dicere immortalem. Amplius disciplina que in anima consistit: euo perpetuo finanet: quoniam disciplina ueritas est: Et ueritas inextinguibilis perseuerat: conspicuum ergo est animam incorruptibilem recensere: In hac ratione atque in antedicta ueritas intelligenda est rei essentia: An quātum a materia: eiusque conditionibus abstrahitur: uelut homo apprehenditur: qui de cunctis particularibus hominibus predicatur. Ceterum semper uiuit id in quo disciplina recipitur: Anima uero huiusmodi subiectus est: hinc ob rem eam non desitura esse constabit: Sed in li-

Valerius flaccus

Marcus manilius

Aurelius Augustinus

bro de trinitate hoc modo fatetur inquit: Nec anime humane hoc accidere potuit: ut cum corpore moriretur dicente domino: Nolite timere eos qui corpus occidunt: animam autem necare non possunt. Ad idem se offert Ambrosius inquit: Anima est substantia spiritualis: simplex: indissolubilis: inuisibilis: incorporea: passibilis: atque mutabilis: carens pondere et figura: et colore: Non est credenda pars sed creatura dei: uel de substantia dei: uel quorūlibet elementorum materia: sed ex nihilo est creata: Si enī ex semetipso deus eam fecisset: nequaquam mutabilis: aut misera esset: Si autem ex elementis facta fuisset: corporea esset: cum sit incorporea: ignotam habens originem: initium habet: sine nō non habet: Et cum sit spiritualis nature nihil habet mixtum: nihilque terrenum: nihil humidum: acreum: uel igneum: nullum habet colorem: nullo loco continetur: nullis membris circumscribitur: nullo spacio finitur sed ita est cogitanda: et intelligenda: ut sicut sapientia: iusticia: et cetera uirtutes in omnipotente create: Natura anime inuisibilis omnino: inuisibiliter incorporee manet: Gregorius non solum hoc narrat: uerum etiam nititur argumentis ostendere: In suo nempe dialogo ita prosequitur: Tres quippe uitales spiritus creauit omnipotēs: unum qui carne nō tegitur: alium qui carne tegitur: sed cum carne non moritur: tertium qui carne tegitur et cum carne moritur: Spiritus namque est qui carne non tegitur angelorum: Spiritus qui carne tegitur: sed cum carne non moritur hominum: Spiritus qui carne tegitur et cum carne moritur iumentorum: omniumque brutorum animalium: homo itaque sicut in medio creatus est: ut esset inferior angelo: superior iumento: Ita habet cōmune cum summo: aliquid cōmune cū

58
Infimo: immortalitatem scilicet spiritus cum angelo
mortalitatem uero carnis cum fumento: quousque
ipsam mortalitatem carnis gloria resurrectionis absor-
beat: et inherendo spiritui caro seruetur in perpetu-
um: Quia et ipse spiritus inherendo carni seruetur
in deum: que tamen caro nec in reprobis inter supplicia
perfecte deficit: quia semper deficiendo subsistit: ut qui
spiritui et carne peccauerunt: semper eternaliter uiscentes
et carne et spiritu sine fine moriantur. Preterea in eodem
libro ita Gregorius persequitur: pensa qualiter ani-
me uiuunt illic ubi uiuunt: quorum hic et mortua cor-
pora in tot miraculis uiuunt: Si ergo uitae ase ma-
nentis in corpore deprehendis ex motu membrorum
cur non perpendis uitam anime post corpus: et per ossa
mortua in uirtute miraculorum. Rursus in suis mora-
libus illud Job exponens uidelicet stetit quidem:
cuius non agnoscebam uultum ita inquit: Bene au-
tem dictum est stetit: omnis quippe creatura quia ex
nihilum facta est et per semetipsum ad nihilum tendit
non stare habet: sed defluere: Rationalis uero creatura
eo ipso quo ad imaginem creatoris est producta: ne ad
nihilum transeat figitur. Dionysius insuper ariopagi-
ta idem planius asserit: Nam in libro de diuinis no-
minibus inquit: Hic humane habet ex bonitate di-
uina quod sint intellectuales: et uitam habeant incon-
sumptibilem. Idem quoque Anselmus asserit: ait enim
O felix anima: quam dei pietas respicit: humilitas sub-
icit: penitentia reducit: obedientia conducit: perse-
uerantia perducit: deuotio introducit: caritas unit
Denique concludit immortalem existere: Item et
Bernardus affirmat: O anima ait insignita dei ima-
gine: decorata similitudine: desponsata in fide: dota-
ta in spiritu redempta sanguine: deputata cum angelis

Dionysius ariopagita

Anselmus

Bernardus

capax beatitudinis: heres bonitatis: ratio p[er]cepto
quid tibi cum carne: nonq[ue] uilius sterquilinum in-
uenisti. Hugo de sancto uictore in suo didascalon
idem asserit: Progressio inquit anime est qua solu-
ta a corpore ad puritatem sue simplicitatis reuertit-
tur. Cassiodorus tamē hoc satis argumentatur et
ait: Nos immortales animas esse facile ueridicis ra-
tionibus approbamus: Nam cum ad imaginem et
similitudinem creatoris sui legamus effectus: quis
audet contra sanctam ueritatem et auctoritates mor-
tales dicere: Aut imprudēter asserat eas a creatoris
sui similitudine discrepare: Nā quo modo poterūt
esse imago et similitudo dei si mortis termino clau-
derentur. Et alibi: hinc immortalē debemus ani-
mam agnoscere: q[uod] appetit de eternitate cogitare: de-
siderat enim post corporis sui mortem deum sine fi-
ne laudare. Magister etiā sententiā animā immor-
tales esse hoc modo coarguit: Anima humana ideo
dicitur immortalis: quia secundum modum suum
nunq[ue] deficit uisgere: habet tamē quādam mortem
suam: quia iuste uiuebat: et peccat moritur iusticie:
si peccatrix erat: et iustificat[ur] moritur peccato. Huic
ultimo ueritati illud annectitur: quod in libro de
ecclesiasticis dogmatibus inscribit[ur]: dicitur enim: so-
lum hominem credimus habere animā substantiā
que exuta corpore uiuit: et sensus suos: atq[ue] ingenia
uiuaciter tenet: neq[ue] cū corpore moritur: sicut arabs
asserit: neq[ue] post modicum interuallum sicut Zeno
dicit: quia subtiliter uiuit: Uideamus nūc firmā
ni Lactantii rationes: qui quicquid in quibusdā erra-
uerit: in hac tamē questione sicut miles ualidissim[us]
uarias phōrum opiniones infringens: uti uirum de-
cet catholicum loquutus est: Q[uod] si inquit deus est
et incorporealis: et inuisibilis: et eternus: ergo non

59
Idcirco interire animam necesse est: quia non videtur
postquam recessit a corpore: quoniam constat aliud esse
sentiens quod non ueniat sub aspectu: ac enim dif-
ficile est animo comprehendere quodadmodum possit
anima retinere sensum sine his partibus corporis in-
quibus inest officium sentiendi: Quid de deo: nunc
facile est comprehendere quodadmodum uigeat sine
corpore: Quid si deos esse credunt: qui si sunt utique
anime expertes corporum: necesse est humanas ani-
mas eadem ratione subsistere: quoniam ex ipsa ratione:
ac prudentia intelligitur esse quedam in homine: ac
deo similitudo. Ceterum illud argumentum quod etiam
Marcus tullius uidit: sat firmum est: ex eo eternita-
tem anime posse cognosci: quod nullum sit animal quod
habeat notitiam aliquam dei: religioque sit pene so-
la: que hominem discernat a mutis: que cum in ho-
minem solum cadit: profecto testatur id affectare nos:
id desiderare: id colere: quod nobis familiaris: quod
proximum sit futurum: an aliquis ceterarum animan-
tium naturam considerauerit: quas pronas: corpori-
bus abiectas: in terris prostratas summi dei pul-
dencia effecit: ut ex hoc intelligi possit nihil eas rati-
onis habere cum celo: potest non intelligere solum
ex omnibus celeste ac diuinum animal esse hominem
cuius corpus ab humo excitatum: uultus sublimis
status rectus: originem suam querit: Et contempra
humilitate terre ad altum nititur: quia sentit bonus
summum in summo esse querendum: minorque con-
ditionis sue qua deus illum fecit extremum ad aresis-
cem suam spectat. Cum autem sapientia que soli homi-
ni data est: nihil aliud sit quam notitia dei: apparet ani-
mam non interire: neque dissolui: sed manere in sem-
piternum: quia deum qui sempiternus est et quod
diligat: ipsa natura cogente sentiens: uel unde orta

Marcus tullius

fit: uel quo reuersura. Preterea non exiguum argu-
mentum immortalitatis est: q̄ homo solus celesti ele-
mento utitur: Nam cum rerum natura his duob⁹
elementis que repugnantia sibi atq; inimica sunt:
constet ignis et aqua: quorum alterum celo: alteri
terre ascribitur: Cetera animantes ⁊ terrene: morta-
lesq; sunt: terreno et graui utuntur elemētō: homo
solus ignem in usu habet: quod est elementum leue
sublime et celeste: Ea uero que ponderosa sunt ad
mortem deprimunt: ea que leuia sunt: ad uitam sub-
leuant: quia uita in summo est: mors in imo: Et ut
lux esse sine igne non potest: sic uita sine luce: Ignis
igitur est elemētum lucis ac uite. Unde apparet ho-
minem qui utitur eo immortalem sortitum esse con-
ditionem: quia id illi familiare quod facit uitam:
Uirtus quoq; soli homini data magno argumento
est immortales esse animas q̄ non erit secundum na-
turam si anima extinguitur: huic enim presenti uite
nocet: Nam uita ista terrena: quam cōmunem cum
mutis animalibus ducimus et uoluptatem expetit
cuius fructibus uariis ac suauibus delectatur: Et
dolorem fugit: cuius asperitas naturam uiuentium
acerbis sensibus: et ad mortem perducere nititur q̄
dissoluit animantem: Si ergo uirtus et prohibet
his bonis hominem que naturaliter appetuntur: ⁊
ad sustinenda mala impellit: que naturaliter fugiun-
tur: ergo malum est uirtus et inimica nature stultū
iudicare necesse est: qui eam sequitur. quoniam se ipse
ledit: et effugiendo bona presentia: et appetendoq;
mala sine spe fructus amplioris: Nam cum liceat no-
bis secundissimis frui uoluptatibus: nōne sensu ca-
rere uideamur: si malimus in humilitate: in egestate
in contemptu: in ignominia uiuere: aut ne uiuere

60

quidem: sed dolere: cruciari: et mori. Ex quib⁹ ma-
 lis nihil amplius assequimur quo possit uoluptas
 omitta pensari: Si autē uirtus malum: facitq; hone-
 ste qui uoluptates uiciosas: turpesq; contemnit et
 fortiter: qui nec dolorem: nec mortem timet: ut offi-
 cium seruet: Ergo aliquod inasus bonum assequat
 necesse ē: q̄ sint illa que spernit: At uero morte sus-
 cepta quod ulterius bonum spectari potest nisi eter-
 nitas: Et post multa subdit Lactantius: *Mors igitur*
non extinguit hominem: sed ad premiū uirtutis
admittit: Qui autē se ut ait Cicero in tusculanis:
uiciis ac sceleribus contaminauerit: uoluptatisq; ser-
uierit: is uero damnatus eternam luet penam: quā
diuine littere secundam mortem nominant: que est
perpetua et grauissima cruciatibus plena. Quid o-
pera corporis atq; animi nōne iudicant animā mor-
tis expertem? Nam corpus quā fragile est atq; mor-
tale: quocūq; opera molitur eque caduca sunt: Nil
hū autē ait Tuli⁹ esse quod sit manibus humanis la-
boratum quod non aliquādo ad interitum rediga-
tur: uel iniuria hominum: uel ipsa confectrice rerum
omnium uetustate: At uero animi opera uidemus
eterna. Nam quicūq; contemptui presentium in-
memoriam monumenta ingeniorum: factorumq;
magnorum reliquerunt: hi plane mentis sue ac uir-
tutis nomen indelebile quesierunt: Ergo si opera
corporis ideo mortalia sunt: quā ipsum mortale est
Sequitur ut anima ex eo immortalis appareat: quā
uidemus opera eius non esse mortalia: Eodem quo-
q; modo desideria queq; corporis animiq; declarāt
alterum esse mortale: alterum sempiternum: Cor-
pus enū nihil nisi temporale desiderat idē abum

potum: indumentum: quietem: uoluptatem. Et ta-
men hec ip̃a sine nutu: et adminiculo animi nec cu-
pere nec assequi potest: Anim⁹ aut̃ per se multa de-
siderat: quē ad officium: fructūque corporis nō redū-
dant: Ea q̃ nō fragilia: sed eterna sunt: ut fama uir-
tutis: et memoria nominis. Nam cultum dei qui cō-
stat abstinētia cupiditatum. ac libidinum patien-
tia doloris contemptu mortis etiam contra corpus
anima concupiscit: unde credibile est non interire a-
nimam: sed dissociari a corpore: quia corpus sine a-
nimo n̄hil potest: animus uero potest multa et ma-
gna sine corpore: Quid q̃ ea que uisibilia sunt oculis:
et tangibilia manu: quia externaz uim pati pos-
sunt: externa esse nō possunt: Ea uero que neq̃ sub-
tactum: neq̃ sub uisum ueniunt: sed tantūmodo
uis eorum et ratio: et effectus apparet: eterna sunt:
quia nullam uim patiuntur extrinsecus: Corp⁹ au-
tem si ideo mortale: quia uisui pariter et tactui sub-
iacet: Ergo et anima idcirco immortalis est: q̃a nec
tangi potest: nec uideri. Superest nunc citare testes
ueteris ac noui testamenti: quorum autoritate om-
nia fortius argumenta concludent. Nonne Abrahā-
am anime perpetuitatem credidisse uidetur: Cui a
deo promissum est: ut semen suum instar stellarum
celi: atque arene maris augetet. Legimus quoq̃ in
genesis libro: q̃ pollicitatōne facta deus temptauit
Abrahāam: uoluitq̃ ut eius filium ysaac in holo-
caustū offerret: In quo sane filio cunctaz benēdictio-
nem gentiū: atq̃ prolis augmentū deus ip̃e p̃misit
Utrūq̃ igit̃ credidit Abrahāa: q̃uis hec duo ad in-
uicē repugnarēt: essetq̃ impossibile q̃ imolaret ysaac
et p̃ ip̃m Abrahāe semen excreceret: nisi imolatus
et mortu⁹ ut existimauit Abrahāa om̄i absq̃ dubi

67
tatione suscitaretur: at denno reuivisceret: Quare
planum est cum qui sui nati resurrectionem credi-
dit: anime quoque immortalitatem credidisse. Ampli-
us Jacob his se ad inferos profecturum exclamando
signavit: Nam cum audisset quod Joseph fera bestia de-
vorasset lacrimabatur amare: Quae cum filiis conso-
larentur merens ait: descendam ad infernum lugens
filium meum. Rursum cum ipsius filii pro usu ac-
cessissent egyptum et beniamin apud Joseph inuito
patre remansisset: Jacob his auditis mestica tristis
aiebat: Si quid ei aduersi acciderit deducetis canos
meos cum dolore ad inferos. Quod si Jacob se ad tar-
tarum iturum atque profecturum iteraverit: non cor-
pore sed anima nulli ambiguum est: quod extincto cor-
pore animam indelebiles arguebat. Moyses quoque
in numeri libro confitetur: atque: Dirupta est terra
sub pedibus Chore Dathan et Abiron et aperiens
os suum devoravit illos: descenderuntque uiui in in-
fernum operi humo: David idem apertissime tra-
didit: firmissime tenuit: infernum sepissime nominans
in quem animas plurimorum descendisse pollicetur. Nec
Salomonem credimus aliud uoluisse cum dixit: Ju-
storum anime in manu dei sunt: et non tangit illos
tormentum malicie: et si coram hominibus tormenta
passi sunt: spes illorum immortalitate plena est: Et idem
Salomon beneficia sapie referens: inter alia hoc unum
potissimum sperat inquit: habebam propter hanc
immortalitatem et memoriam eternam: Et alio qui-
dem loco fecit hominem deus inexterminabilem ad
imaginem sue similitudinis fecit illum: Ex quo con-
spicuum est: hominem nequaquam interire: Nam deus
hominem audio Augustino teste quantum ad animam
ad suam imaginem condidit: igitur anima incorrup-
tibilis arguitur. Nec ualet illud quod in contrariis

Jacob.

Moyse

David.

Salomon

adducitur: dicitur enim: dixerunt impii cogitantes
apud se non recte: exiguum: et cum tedio est temp⁹
uite nostre: et non est refrigerium in fine hominis:
et non est qui agnitus sit reuersus ab inferis: quia
ex nihilo nati sumus: et post hoc erimus tanq⁹ non
fuerimus: Et alio in libro: unus est interitus homi-
num: et iumentorum: et equa utriusq⁹ ceditio: Sa-
lomon enim his in codicibus ut sacri doctores aiunt
diuersas personas: diuersorumq⁹ hominum et sapientum
et stultorum in se sententias assumpsit: ut sic
cunctis enumeratis que sit uersor appareat: In per-
sona quippe fatuorum illud enarrat: quod patet euz
dicitur: dixerunt impii: qd aut ipse recte atq⁹ catho-
lice sentiat: manifestat tandem cum ait: Ante q⁹ re-
uertatur puluis in terram suam unde erat: Et spiri-
tus redeat ad eum qui dedit illum: Bonorum ergo spi-
ritus non interit: sed ad deum redit: prauorum aut
ad tartareas penas impellitur. Adheret supradictis
Isaias inquiens: propterea captiuus ductus est po-
pulus meus quia non habuit scientiam: propterea de-
latauit infernus animam suam: et aperuit os suum
absq⁹ ullo termino: et descendunt fortes: et popu-
lus eius: et sublimis gloriosi eius ad eum: et deus
sanctus sanctificabitur in iusticia. Job quoq⁹ se deū
conspicuum in celesti patria pollicetur: Et in car-
ne mea inquit uidebo deum saluatorem meum: quem
uisurus sum ego ipse: et non alius: et oculi mei con-
specturi sunt: quare anime perpetuitatem affirmat:
qua se deum contemplaturum exponit. Huic parti-
ter sententie adheret Helias: qui mulieris filium sus-
citari gestiens: clamauit ad deum: aitq⁹: domine de-
us meus reuertatur: obsecro anima pueri huius in-
uisera eius: cui⁹ oratio et audita est: atq⁹ adolescens
continuo reuiuixit. Si igitur anima rationalis obuss⁹

62.
frustra propheta omnipotentem orasset: Restat ergo
animam indebilen dicere: quandoquidē cōstat ad-
corpus eam fuisse reuersam. Idem asserit Heliseus q̄
mulieri matrisfamilias natum suis precibus impetra-
uit: eundemq; cum interiret suis orationibus deus
suscitauit a mortuis: per ipsam igitur ueram resurre-
ctionem immortalitas anime comprehendit. Rurs⁹
in libro regum habetur: q̄ cum ppheta Helise⁹ in-
teriret: quidam ex hisrad de moab latrunculos for-
midantes: q̄ deserebāt cadauer in Helisei sarcopha-
go profecerunt: idq; cum prophete ossa tetigissent:
reuiuixit homo: stetitq; supra pedes suos. Amplius
Judas machabeus a christianorū ueritate non deui-
at: qui mortuos in bello sepeliens: deum collatio-
ne facta duodecim milia draginas argenti misit hie-
rosolimam offerri eas pro peccatis mortuorū: iuste
et religiose de resurrectione cogitans: nisi enim eos
qui ceciderant: resurrecturos speraret: superflus ut-
deretur et uanum orare p mortuis. Et quia cōside-
rabat q̄ hi qui cū pietate doctitionem acceperant:
optimam haberent repositaz gratiā: Sancta ergo et
salubris est cogitatio p defunctis orare: ut a pecca-
tis soluant. Restat nunc noue legis auctores appella-
re: ut his conspectis nostro libello calcē dentq; por-
rigamus. Christus sane nature redemptor humane
iam a mortuis resurrexit: Et lazarus quoq; suscita-
tus ē: atq; hi quos ap̄lus ad hebreos enumerat in-
quiens acceperunt mulieres de resurrectione mortuos
suos. Insuper post christū tot sanctorū corpora sur-
rexerunt: hi omnes anime immortalitē experientia
cognouerūt. Rursus euāgelista Matheus manifeste
cōmemorat: Nolite inq̄t eos timere q̄ corp⁹ occidit
aīaz aut necare nō pnt. Et Iohānes ait: q̄ māducat
meā carnē: ⁊ bibit meū sanguinē hēt uitā eternam

Heliseus

Judas machabeus

Iohannes

Matheus

Iohannes

Et in apocalypsi meminit inquitens: Querent holos
mortem et non inuentent: Nam ex acerbitate pena-
rum damnati recta et deliberata uoluntate non esse
affectabunt: frustra quidem laborem suscipient: q̃a
immortales sunt. Idē et Petrus ap̃lus in sua cano-
nica refert: Hic enim: nouit deus p̃ios de temptatio-
ne eripere: Iniquos uero in die iudicij cruciandos re-
seruare: magis autē eos qui post carnem cōcupiscētie
in iudicij ambulāt. Paulus ad philippenses ita
scribit: ut in nomine Ihesu om̃e genu flectat celest-
um: terrestrium: ⁊ infernox. Judas quoq; sua in ca-
nonica asserit: ue illis qui in uitam eternā abierūt: et
errore Balaam mercede effusi sunt: quibus procella
tenebrarū conseruata est in eternum. Et Mathaeus
idem confirmat inquitens: Ibi sūt hi in supplicij eter-
num: iusti autē in uitā eternā. Et Marcus corrob-
rat: aitq;: Tunc mittet angelos suos: et cōgregabit
electos a quatuor uentis celi. Lucas deniq; supad-
dit: factum est ut moriretur mendicus ⁊ portaret
ab angelis in sinu Abrahe: mortuus est diues: et se-
pultus est in inferno: Q̃ si rōnali aie nō inest eter-
nitas frustra sacrosancta mater ecclesia per Iohānez
exhortaret et diceret: Sic deus dilexit mundū: ut fi-
lium suū unigenitum daret: ut om̃is qui credit in-
eum nō pereat: sed habeat uitā eternā: frustra eti-
am Luca teste: de latroni dixisset: hodie mecum eris
in paradiso. In uanū quoq; sceleratorū aias in infer-
no cū diuite epulone sepeliri docuisset: uirtuosorum
autē lazaro cū mendico in sinu Abrahe ab āgelis de-
portari: Supuacaneū illud esset qđ Iesus christ⁹
aiebat: potestatem habeo ponendi aiam meā: et ite-
rum sumēdi eam: In uanum quoq; meminisset apo-
stolus: cupio dissolui et esse cū xp̃o: Non equidem
filie principis aia quā dñs suscitauit in domo redi-

63

isset ad corpus: uelut Mathaeus euangelista describit.
 Nec iteꝝ ad pꝑriā carnē adoleſcētis aſa reuerſa fuiſ-
 ſet: quē xpꝑus ſuſcitauit in uſa. Nec obſtat illud qđ
 ad Thimotheū Paulus inqꝛt apłus de immortalĩ deo
 loquēs: Solus hēt immortalitatē: Si ergo ſolus de-
 us immortalis ē: palam ceteta oīa morte pꝛtere: pꝛſe-
 cto apłus ſic intelligendus atqꝫ exponēdus ē: Sol⁹
 quippe deus immortalis idēſt imutabilis eſt: Et qꝫ
 hoc uerū ſit: in numeri libro Moysen audiam⁹ diſcē-
 tem: Nō eſt deus quaſi hō ut mentiat⁹: nec fili⁹ ho-
 minis ut mutet⁹: Et Malachias pꝑheta refert: ego
 deus et nō mutor: Hinc et apłus Jacob⁹ ait: apud
 quē nō eſt tranſmutatio: nec uarietudinis obſcūra-
 tio. Hoc idē et Ariſtotelēs qꝫ in phisicis ait: pꝛim⁹
 motorem deū immobilem atqꝫ imutabilem eſſe: hō
 tñ mutationi ſubiect⁹: atqꝫ ipſis accidētibus tranſmu-
 tatur: pōt quoqꝫ et ipſe immortalitatē hēre: pꝛut imor-
 talitas ſinē pꝛuationē includit. Et Johānes in apo-
 calipſi: aſas ſub altare interfectoꝝ aſpexit. Poſtrēo
 eos qui aſe immortalitatem teſtati ſunt quia nō oīa
 uerū quodā ad hebreos Paulus enumerat inquit
 Alii diſtincti ſunt eculeo: aliisqꝫ tormentis: ut Cyꝑ-
 anus: Corneliusqꝫ: Alii uero ludibria et uerba ex-
 pꝛti: Inſup et uincula: carcereſqꝫ: uelut Petrus et
 Paulus lapidati ſunt: ſecti ſunt: ut Stephanus in
 hieruſalē: Ezechias i babilōe: Eſaias et Hieronias
 in egypto: Temptati ſunt ut Johānes euangelista:
 In ocaſione gladii mortui ſunt ſicut Urias: Oſias
 Jacobus minor: Circueſerūt in melotis. ſcamelorum
 ueſtib⁹ uelut Delias: ac Johānes baptiſta: Egentes
 cibo potuqꝫ ut Cecilia et Thomas cantuarienſis: Ig-
 neas flāmas paſſi ut Agnea: Aſſati in craticula ut
 Laurētius atqꝫ Vincētius: Sup carbones ignitos
 ambularūt ut Thiburtius. Capitis deſiſionē ſuſtu-

lerūe ut a dauriūo Dionisiūsq. Decollati sunt ut
 marcellin⁹ et petr⁹: ut cosmas et daniel⁹: ut priscā
 et barbara. p uicos tracti sūt ut uital. mucronibus
 atq; lācis trāfixi sūt ut marc⁹ et marcellian⁹: insup
 et thomas aplūs. fustib⁹ celi sunt ut ualentin⁹: gor-
 gon⁹: urbanusq. plūbatis mortui sūt uelut gerua-
 sius atq; pthasi⁹. capite uulnerati sūt sicuti nercus
 achilleus: pācratius: petr⁹ martir⁹ ordis p̄dicatoris.
 crucifixi sūt ut petr⁹ et andreas apli. cōbusti sūt cū
 barnabas. ūgulas tollerarūt ut ursula cū sodalib⁹
 suis. submersi sūt in mari uelut demetris. cōsepulci in
 stercore ut cōcordia nutritrix hyppolit⁹ et dorca. de-
 uorati sūt a bestiis ut daniel: et ignati⁹. cōglutiti sūt
 a beluis ut ionas in uētre ceti. bouē enē subierūt
 ut heustachi⁹ cū uxore et filiis. dētūm eradicationes
 passi sūt sicut apollonia. ubex torsionē ut agatha.
 boum tractionē ut lucia. rotarū uolutionē ut cathe-
 rina. corpis excoiationē ut bartholome⁹. sagittatio-
 nem ueluti sebastian⁹. corpis toti⁹ dilaniationes ut
 blas⁹. pectinationē ut hyppolit⁹. Et hi oēs ut aplō
 inq̄t testimonio fidei aie rōnalis imortalitātē plenissi-
 me cōprobaūt: et aie ppetuitate sperātes tot linania
 ausi sunt sustinere suplicia: spreuerūt mūdū et fidei
 scuto regna uicerūt: fragilis mūdi gaudia p̄diderūt
 cōstātis celi gloriā uēdicarūt: corpis illecebras cōpe-
 scere conati sūt: aie cōtēplationē cōq̄rēt laborarūt
 atq; expolire in glia studuerūt. Nos igit⁹ om̄i absq;
 dubitatōe aie eternitatē firmissime teneam⁹: ut illo-
 rum snlam indubitatā atq; ueritatē catholicāz imi-
 tates q̄ p hāc q̄q̄ne p̄miū sibi uēdicarūt: cōfiden-
 ter disputātes deūq; in celesti patria cōsequamur.

finit codex de ant
 mox imortalitate.

67
Ad Illustrissimum uirum Hieronimū de sancto Be-
uerino principem bisiniani: Et ducem sancti Dardi
Magistri Philippi de barberis Viculi ordinis p̄di-
cationis: artium et theologie eruditissimi interpretis
libellus de diua prouidentia: adundi gubernatōe
hominū p̄destinatione atq; reprobatione feliciter
incipit.

Extat aurea Platonis sententia Illustrissime prin-
ceps beatas fore res publicas: si principes sapientie
intenderent: aut uiros colerent eruditos: quorū con-
siliis uterentur. Ego te felicem non solū inter huius
regni: uerū etiam totius italie principes censo: et be-
atum predico: Qui litterarū studio solus incumbis
et litterato ocio uacas: atq; egregios predatoresq; ui-
ros solus obseruas: Anacharsis sane teste Plutar-
cho in contione retulit: Ego beatum principē sapi-
entem appello. Eam ob rem cū magnam ultra poten-
tiam quā habes et teneas: opulētias diuitias: amplā
ciuitatum ac terrarū impium corporis elegantiam: im-
mortales uirtutes tuas admirarer: decreui indelebili
dignitati tue quosdā meos dicare libellos: et caracte-
ribus eternis imprimere: ut de diuina prouidentia
codicem: ut de hominū p̄destinatione: atq; eorū dē
reprobatione tractatum: Suscipe igitur p̄ tua inna-
ta clemētia atq; benignitate dignissime princeps mu-
nusculum hoc: Et secundis theologiis atq; peritis
philosophis uel lectitandū uel emendandū tribue:
Vale igitur feliciter: et nūc posthac tuos inter beni-
uolos: et oratores assiduos annumerare uelis.

Et animorum immortalitate longo studio
inuigilatū nudius tertius opusculum ex-
pediui: cui pfecto opī questōes aliquas
anteponui ad illius materie p̄cipendam
notitiam plurimum necessarias: Nūc ut
corpoream atq; segnitiam effugerem: et ocio incumbe-
rem litterato: decreui negotium satis arduū perscu-
tari: et de mūdi gubernatione questōē difficilem
aggredi: perinde partes ipsius prouidentie diuine po-
tiores grandi desiderio a cunctis et sapientibus et
